

Clara di Marsico

XXVII 6

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Clara di Marsico

XXVII 6

1148-05

In nomine domini nostri Ihesu Christi, anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo quadragesimo octavo, mense madii, indictione undecima.

Ego Clara filia Iohannis de civitate Marsici audiens quod ... res suas vendere donare vel a se modo quolibet alienare voluerit minime facere posse in presentia iudicis et parentum notitia. Igitur ego prefata mulier ivi ante presentia Rogerii iudicis aliorumque bonorum hominum subscriptorum testium una cum ...; filiis meis Ursacko et Roggerio et Ursone Bove parente meo eidem iudici dicens domine iudex remedio anime mee meorumque defunctorum paretum animarum redemptione offerire vellem ecclesie Sancti Petri Tramutule quantum me pertinuit de terris et arboribus fructiferis et infructiferis per totam vallem Tramutule quodcum audivit me talia dicentem dixit vide ne monitis seu violencia cuiuslibet hominis hoc facias ad quem ego ita affata sunt ... domine set bona mea voluntate hoc facere volo quodcumque ipse veraciter agnovit dedit me hoc pro agenda licentiam. Mox eiusdem ante presentia iudicis et subscriptorum obtuli ac per fustem tradidi una cum filiis meis prescriptis et Ursone predicto iamdicte Sancti Petri ecclesie totum quod me pertinere videtur in valle Tramutule sicut legitur supra, cum trasitis et exitis suis et cum omnibus infra se abentibus et possidentibus sine mea et heredum meorum contrarietate et requisitio omni futuro tempore hanc eandem oblacionem et baculi traditionem domno Iohanne Marsici Marsici Sancte Trinitatis de Cava monacho cum advocato suo Roggerio domni ... recipiente positis idem fideiussoribus Guillelmus filio Gualterii et Marsicano ... de predicta civitate ut iam

nec ego nec mei heredis super ipsam Sanctam ecclesiam prenominatam ex inde veniam nec nos nec per a nobis personas suppositas et si aliquos homines superagendam ecclesia venerit ego ut heredes mei defendamus ipsi ecclesie ab omni umana persona quod si taliter facere noluerimini ut nequiverim et istam nostram oblacionem disrumpere ut retrare quesierim quolibet modo ut ingenio obligo me et meos heredes componere predictae ecclesie solidos regales viginti et in publice similiter. Ipsi districtis fideiussoribus licentiam tribuentibus pignerare se et suos heredes per eorum omnia pignora legitur et inlegitur sine calumnia et ... donec quod prelegitur nobis impleatur invitis.

Ex hunc brebem oblacionis traditionis et obligationis ecriptum Iohannes notarius qui in ... fuisse se confitetur mense et indictione prelati. # Ego Riccardus iudex # Ego Hildemannus iudex